Augustinus, Aurelius: Opuscula
Strassburg: Martin Flach (printer of Strassburg), 20 Mar. 1489, 1489 Seite 228



ſubiecto ſicut in corꝑe:cū tua magnitu/
do ⁊ tua pulcritudo tuipē ſis: corp⁹ aūt
nō eo ſit magnū ⁊ pulcrū q̄ corp⁹ eſt:q2 ⁊
ſi min⁹ magnū ⁊ min⁹ pulcrū eēt:nihilo
min⁹ corp⁹ eſſet. Falſitas enī erat quam
de te cogitabā:nō veritas:⁊ figmēta mi
ſerie mee.nō firmamēta beatitudinis tue
Juſſeras enī ⁊ ita fiebat in me vt trā ſpi
nas ⁊ tribulos pareret mihi: ⁊ cū labore
ꝑuenirē ad panē meū. Et q̄d mihi ꝓde/
rat ꝙ oīs libros artiū q̄s liberales vo/
cant:tūc neq̄ſſim⁹ malaꝝ cupiditatū ſer
uus ꝑ meipm legi:⁊ intellexi q̄ſcūq̨ lege
re potui? Et gaudebā in eis:⁊ neſciebaʒ
vn̄ eſſet:q̄cq̄d ibi veꝝ ⁊ certū eſſet. Dor/
ſum enī habebā ad lumē ⁊ ad ea q̄ illumi
nant faciē:vn̄ ipa facies mea q̄ illumiata
cernebā:nō illuminabaꝛ. Quicq̄d de ar/
te loq̄ndi ⁊ diſſerēdi:q̄cq̄d de dimēſioni
bus figuraꝝ.⁊ de muſicis.⁊ de numeris:
ſine magna difficultate nl'lo hoīm tradē
te intellexi. Scis tu dn̄e de⁹ me⁹: q2 ⁊ ce
leritas intelligēdi ⁊ diſcēdi acumē donū
tuū eſt:ſed nō inde ſacrificabā tibi Jtaq̨
mihi nō ad vſum:ſed ad perniciem ma/
gis valebat:q2 tam bonā ꝑtē ſube mee ſa
tegi hr̄e in ptāte:⁊ fortitudinē meam nō
ad te cuſtodiebā:ſed ꝑfect⁹ ſum a te i lon
ginquā regionē vt eā diſſiparez in mere/
tricias cupiditates. Nā q̄d mihi ꝓderat
bona res nō vtenti bene? Nō enī ſentie/
bam illas artes etiā ab ſtudioſis ⁊ inge/
nioſis difficillime intelligi:niſi cū eis ea
dem eaſdez conabar exponere:⁊ erat ille
excellentiſſim⁹ in eis q̄ me exponentē nō
tardi⁹ ſeq̄reꝛ. Sʒ q̄d ḡ mihi h̄ ꝓderat pu
tanti ꝙ tu dn̄e de⁹ v̄itas corp⁹ eſſes luci
dū ⁊ immēſuʒ.⁊ ego fruſtū de illo corꝑe?
Nimia ꝑuerſitas. Sʒ ſic erā. Nec eru/
beſco deus me⁹ ꝯfiteri tibi in me miſeri/
cordias tuas ⁊ inuocare te:q̄ nō erubui
tunc ꝓfiteri hoīb⁹ blaſphemias meas:⁊
latrare aduerſum te. Quid ḡ mihi tūc ꝓ/
derat ingeniū ꝑ illas doctrinas agile:et
nl'lo adminiculo hūani magiſterij tot no
doſiſſimi libri enodati:cuʒ deformiter ⁊
ſacrilega turpitudine in doctrina pieta/
tis errarē? Aut q̄d tm̄ oberat puulis tu/
is longe tardi⁹ ingeniū:cuʒ a te longe nō
recederēt.vt in nido eccl'ie tue tuti plu/
meſcerent:⁊ alas charitatis alimēto ſa/
ne fidei nutrirēt? O dn̄e de⁹ noſter in ve
lamēto alaꝝ tuaꝝ ſperem⁹:⁊ ꝓtege nos ⁊
porta nos. Tu portabis ⁊ ꝑuulos: ⁊ vſ/
q̨ ad canos tu portab:q̄m firmitas nr̄a
q̄n̄ tu es tūc eſt firmitas:cū aūt nr̄a eſt:i/
firmitas eſt. Uiuit apud te ſemꝑ bonuʒ
noſtrū:⁊ q2 inde auerſi ſumus: ꝑuerſi ſu
mus. Reuertamur iā dn̄e vt non euerta/
mur:quia viuit apud te ſine vllo defectu
bonū noſtrū q̄ꝺ tu ipe es:⁊ nō timebim⁹
ne nō ſit quo redeamus:q2 nos inde rui/
mus:nobis autē abſentib⁹ non ruit do/
mus noſtra eternitas tua.

Explicit liber q̄rt⁹. Incipit quint⁹.

Accipe ſacri
ficiū ꝯfeſſionū meaꝝ de
manu lingue mee. quaʒ
formaſti ⁊ excitaſti vt cō
fiteaꝛ nomini tuo: et ſa/
na oīa oſſa mea ⁊ dicāt. Dn̄e q̄s ſimil' ti/
bi? Neq̨ enī docet te q̄d in ſe agaꝛ q̄ tibi
ꝯfitetur:quia oculū tuū nō excludit cor
clauſum:nec manū tuaʒ repellit duricia
hoīm.ſed ſoluis eā cū voles aut miſerās
aut vindicās:⁊ nō eſt q̄ ſe abſcōdat a ca/
lore tuo. Sed te laudet aīa mea vt amet
te:⁊ ꝯfiteaꝛ tibi miſeratiōes tuas vt lau
det te. Non ceſſat nec tacet laudes tuas
vniuerſa creatura tua:nec ſpūs oīs ꝑ os
ꝯuerſuʒ ad te:nec animalia nec corꝑalia
ꝑ os ꝯſiderātiū ea.vt exurgat in te a laſſi
tudine aīa nr̄a. innitens eis q̄ feciſti.et
trāſiens ad te q̄ feciſti hec mirabiliꝛ:⁊ ibi
refectio ⁊ vera fortitudo. Eant ⁊ fugiāt a
te inq̄eti ⁊ iniqui.⁊ tu vides eos ⁊ diſtin
guis vmbras:⁊ ecce pulcra ſunt cum eiſ
oīa:⁊ ipi turpes ſūt. Et q̄d nocuerūt
tibi:aut in q̄ imperiū tuū dehoneſtaue/
runt a celis vſq̨ in nouiſſima iuſtū ⁊ in/
tegrū? Quo enī fugerunt cū fugerēt a fa
cie tua?aut vbi tu n̄ inueīs eos? Sʒ fu/
gerūt vt nō viderēt te videntē ſe:atq̨ ex
cecati in te offenderēt.q2 nō deſeris aliq̄d
eoꝝ q̄ feciſti. In te offenderēt iniuſti ⁊ iu
ſte vexarenꝛ.ſubtrahētes ſe lenitati tue:
⁊ offendētes in rectitudinē tuā:⁊ cadēteſ

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-298/0228
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG